

DISSERTATIONES PASSIONALES.

Imo in omnes homines, ut nos ab omnibus peccatis mundaret
1. Job. 1. 7. sicut *aqva* profectioibus, negotiationibus & naviga-
 tionibus inservit, cum *aqva* vehamur, *aqva* mercaturam & vario-
 as negotiationes exerceamus: ita *passio Christi & aqva vite* effusa
 nostre peregrinationi in his terris inservit, ut in illa navigare, in
 caelestem terram fide proficisci, ibidemq; mysticas nostras nego-
 tiationes & commutationes instituire cum Patre caelesti, loco
 futilium & inutilium, imò noxiarum mercium, videlicet, pecca-
 torum nostrorum, nitidissima & fulgentissima justitiæ Christi,
 gratiæ DEI, omniumq; bonorum spiritualium munera suscipere
 queamus.

4. (3) Propter *acerbissima passionis locum*, sicut *aqva* cæli- Locus.
 gus delabitur, & è terræ scaturiginibus oritur, ut omnem terram
 irriget, quod è pluvia & fontibus fluminum est manifestum: ita
Christus vite aqva, ratione divinæ naturæ caelestem, ratione hu-
 manæ terrestrem è Maria ducit originem: sicut *aqva* fluvialis è
 mari venit, totam terram circumit, & rursus ad mare tendit: ita
Christus, aqva vite cœlitus è mari divinæ misericordiæ venit, o-
 mnem terram ambiit, eamq; totam irrigavit: & ad mare divinæ
 misericordiæ remeavit: sicut *flumina* parvum habent initium,
 sed postea multis modis in longum latumq; sese diffundunt: ita
passio Christi, tanquam *aqva vite*, cepit in monte *Calvaria*, sed
 ibi minimum atq; contemptum habuit initium, postea verò crevit
 in immensum & per omnem terram in longum & latum Aposto-
 lica prædicatione diffusa. Quomodo verò hæc *Aqva vite* per
 plateas Hierosolymitanas in locum *Calvaria* deducta sit, ibiq;
 mox in omnem terram manare cæperit. *Matthæus Evangelista*
 describit, ex quo *Miserabilem Christi ad locum crucis Deductionem*
 modo meditabimur, quia proponit (I) *Deductionis Miserabilis*
Antecedentia v. 31. (II) *Deductionis Miserabilis Contenta* v. 32. (III) *Deductionis Miserabilis*
Consequentia v. 33. 34.

Antecedentia miserabilis Christi deductionis ad locum 1. Antece-
Crucis v. 31. describuntur: Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum *deductio-*
oblamys & inducunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut *deductio-*
crucifigeretur: quibus tria notantur *Antecedentia*, (1) *Dolorifera* Dolorifera
Cblae